



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

11. Anticipatæ solutiones in ecclesiasticis locationes ad longum tempus
irritantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- alleg. 106. num. 15. & me citato Massobr. d. dub. 13. num. 40.
17. In considerata habilitate delegati aduertendum esse ad tempus data, notat Gig. de pension. g. 22. num. 19. Et ideo qualitatem Canoniciatus, vel dignitatis, quæ in delegato Summi Pont. requiritur, debere à principio adesse tempore commissionis, resoluunt Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. g. 1. nu. 17. Card. Tusc. lit. D. concl. 145. nu. 15. Massobr. d. dub. 13. num. 47.
18. Et sufficere Canoniciatum, aliamve Dignitatem obtineri tempore impetrationis rescripti Pontificis, quamuis tempore præsentationis eius cessauerit iam dignitas illa, secus si tempore impetrationis non aderat Dignitas, non enim sufficeret eam adesse postea tempore præsentationis, asserunt Tirac. in tract. Cessante causa, limit. 4. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 3. prog. num. 75. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 28.
19. Si Canonicus, cui causa committitur per Sedem Apost. post acceptationem literarum desinat esse Canonicus, posse nihilominus esse iudicem in causa illa, resoluunt Azeued. d. l. 7. num. 60. tit. 18. lib. 4. noua recop. & ad Curiam Pisanam lib. 4. cap. 6. num. 66. Gare. Gironda de primileg. num. 510. & seqq.
20. Vnde constitutum in dignitate, vel inter iudices synodales designatum, si eam dignitatem resignauerit, posse etiam post resignationem de eadem causa cognoscere, referunt decem Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. g. 11. num. 14. in fine, Ceual. commun. contra communes, quest. 667. num. 10. in fine, Nicol. Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 352. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore eccl. decis. 616. m. 1. edit. alias resol. 414. num. 2. in 2. edit. Galet. in Margarita casuum conscientia, verb. delegatus 3. & verb. renunciare, vlt. & resoluunt Cassan. in consuet. Burgund. rub. 6. §. 5. verb. & separez de leur pore, num. 1. pag. 229. Steph. Gratian. discip. forens. c. 92. Steph. VVeims d. loco num. 18.
21. Delegatum Apostol. non posse subdelegare personis non constitutis in dignitate, resoluunt Aloyf. Ricc. in d. praxi fore eccl. decis. 622. in 1. edit. alias resol. 420. & resol. 89. n. 2. in 2. edit. Stephan. VVeims d. loco n. 20. vbi tenet non posse iurisdictionem Apost. per subdelegationem transferre in alium qui non sit qualificatus sicut transferens, nisi ad vnum aliquem particularem articulum.
- Alioquin ad id aptas designari] Quorum nominatio ad Episcopum principaliter, non tamen priuatiue quoad alios spectat, vt refert decem Nicol. Garc. de benefic. p. 9. cap. 2. num. 353. declar. 1. Stephan. VVeims d. loco num. 16. animaduertit accipi non debere hæc verba respectu præcedentium alternative, vt designari possint persone habentes illas qualitates, vel quæ alioquin sine illis sint aptæ, sed coniunctiue vtraque clausula simul accepta, non alter quasi dictum fuisset: Volumus designari personæ aliquot, quæ sint aptæ, & habeant qualitates iuxta Constitutionem Bonifacii VIII. requisitas.
- Iudicium synodaliū nominatio spectat principaliter ad Episcopum, non tamen priuatiue quoad Capitulum, vt per Aldan. in compendio Canon. resol. li. 4. tit. 10. n. 53. vbi attestatur sic fuisse decem in Saanen. 18. Martij 1628.
- §. Causa ecclesiastica, ac spirituales, &c.] Subdit Steph. VVeims citato loco num. 22. tam Constitutionem Bonifacii VIII. quam Tridentinam Synodum in presenti procedere etiam eo casu, quos hic est inter duos litigatores merè laicos, vt scilicet cognitio illius committi non possit à Sede Apost. nisi habenti Dignitatem; tum quia generaliter loquitur Constitutio, tum, quia semper subest eadem consideratio quoad auctoritatem, & decus Sedis Apost.
- Et si aliquem interim ex designatis mori contigerit, &c.] Præcipit Concil. assignari personas aptas ad minus quatuor, quibus causæ in partibus delegandæ committantur, quorum si aliqui decesserit, Episcopum de consilio Capituli in locum ipsius alium sufficere posse, refert Piassec. in praxi Episcop. part. 2. c. 2. num. 4. in fine, vers. assignantur.
- Habere etiam locum in diuturna absentia, quæ æquiparatur morti, refert decem Nicol. Garc. dicit p. 9. cap. 2. num. 353. declar. 2.
- ¶ Cum consilio Capituli] Consilium ex hoc decreto requiritur pro forma, cum illud Ordinarius, licet prætermittit non possit, sequi tamen non tenetur, vt resolutum attestantur Nicol. Garc. d. part. 9. cap. 2. num. 353. declar. 3. Stephan. VVeims d. loco num. 17.
- Notat Stephan. VVeims d. loco num. 13. quod defuncto deputato per Synodum non succedit successor in dignitate, sed is, quem Episcopus cum consilio Capituli nominauerit, vsque ad futuram Synodum, quia Iudices delegati, seu Synodales, debent hodie nominati esse designati, & n. 14. verum esse ait decretum hoc de committendis causis solis Iudicibus Synodalibus respectu Pape in vsu non esse, cum adhuc frequenter ipse committere soleat causas alijs personis tam in dignitate Ecclesiastica constitutis, quam deputatis in Synodo: sed id verifimiliter ex eo procedit siue quia sit supra Concilium, siue quod Diocesani Episcopi ex sua parte etiam non curent ad summum Pont. transmitti nominationes & designationes Iudicum à Synodo factas, quod tamen iuxta hoc decretum facere tenentur; & sic Papa ex quadam quasi necessitate Iustitiæ administrandæ decretum non obseruat: licet num. 15. referat Legatos & Nuntios Apost. in Hispania, maxime in Curia Regia causas committere Iudicibus synodalibus aliarum Diocesum, imò etiam personis in Ecclesiastica quidem Dignitate constitutis, sed tamen in aliqua Synodo deputatis, quod affirmat non esse satis consentaneum huic decreto, cum velit vnamquamque Synodum suos habere Iudices deputatos saltem quatuor, & his solis causas committi, non aliter diocesis Iudicibus.

Anticipatæ solutiones in Ecclesiasticis locationibus tolluntur, & locationes ad longum tempus irritantur.

C A P V T X I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Locationes ecclesiasticæ representata pecunia factæ prohibentur.
- 3 Locatio in præiudicium successorum non valet nisi notoria esset necessitas Ecclesiæ.
- 4 Locationes ecclesiasticæ an efficiant locatores.
- 5 Episcopus an & quando teneatur stare locationi prædecessorum.
- 6 Vicariatus Episcopi non potest pretio constitui.
- 7 Locatio simoniaca est si quis locet aliquid quod sapiat spiritualitatem.
- 8 Cancellaria Episcopalis redditus non possunt locari.
- 9 Emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis prouenientia debet futuro successoris reservari.
- 10 Quarta & funerales locari non possunt.

Magnam Ecclesijs perniciem afferre scilicet, cum earum bona, & representata pecunia & in successorum præiudicium alijs locantur: omnes igitur hæc locationes, si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in præiudicium successorum validè intelligantur: quocumque indulto, aut priuilegio non obstante: nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmantur. Non liceat etiam, iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se, aut alios ea exercere: aliterque concessiones, etiam à Sede Apostolica factæ

a de precat.
rijs, 11. q. 2.
& c. 2. de pre
car.

ea facta surreptitia censentur. Locationes verò rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, sancta Synodus irritas decernit, quas s̄ a triginta annis citra, ad longum tempus, seu, ut in nonnullis partibus, ad viginti novem, seu bis viginti novem annos, vocant factas: Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabant.

1. Vide Archiep. Bononien. *part. 4. sub tit. de locacione rerum ecclesiast. pag. 272. cum seqq.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesi. decis. 123. in 1. edit. alias resol. 108. in 2. edit.* Bellet. *disquis. clerical. part. 1. tit. de clerico debet. §. 4.* Piafec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 4. num. 65. in fine vers. locaciones.* Valer. Reginald. *in praxi fori ppenit. lib. 25. cap. 43. num. 539.* Rebello *de obligat. iustit. part. 2. lib. 3. quest. 5. ex num. 4.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. ecclesiast. part. 166. met ipsum de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 95.*
2. *Repraesentata pecunia.* Vide Gutier. *de iurament. confirmat. part. 3. cap. 3. num. 2.* D. Barbof. *in l. filiosam. §. vlt. num. 27. ff. soluto matrim.* Valasc. *de iure emphyt. q. 10. nu. 5.* Zerot. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Alienatio rerum Ecclesiæ, vers. ad septimū.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 20. n. 3. & de emphyt. c. 26. n. 8.* vbi etiam, an locatio iudicetur vitioria si ob repræsentatā solutionē cōductor dimidiū lucrī faciat.
3. *In prauidicium successorum.* Quando tamen notoria esset necessitas Ecclesiæ, vt si rueret, nisi pecunia pro recuperatione inueniretur, tunc successorem teneri, resoluit Marc. Anton. Genuens. *d. q. 166. num. 2.*
4. Vtrum autem huiusmodi locationes afficiant locatores? Affirmant Mohed. *decis. 8. de confirmat. vlti. Caroc. p. 3. de locatō, concl. 20. num. 75.* Rebuff. *in compend. alienat. num. 18.* Cornazan. *Lucensi decis. 140.*
5. An & quando Episcopus teneatur stare locationi predecessorum, late egi *de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 94. per tot.*
6. *Non liceat etiam iurisdictiones ecclesiasticas, &c.* Vicarium Episcopi non posse pretio constitui, resoluit Lancel. *in iustit. Canon sub tit. de simonia §. demum, Sbroz. de offic. Vicarij lib. 1. q. 54.* Ludouic. Beia *respons. casuum conscientie p. 1. casu 37. fol. mibi 57. verso.* Azor. *in iust. moral. p. 3. lib. 12. c. 14. in princ. & q. 1.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia. c. 20. n. 5. vbi nu. 8.* subdit quod omnes actus iurisdictionis voluntariæ quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sunt materiæ simoniæ, & c. *29. nu. 3.* per text. *in cap. consuleret. 38. de simon.* resoluit temporalia officia Ecclesiæ, vel actus eorum vendi non posse sine graui peccato.
- Locationem simoniacam esse si quis loquat, aliquid 7. quod sapiat spiritualitatem, tenet Aloyf. Ricc. *d. resol. 108. num. 3.* hinc inferens locationem Ecclesiæ factam cum omnibus bonis & facultate conferendi beneficia profectis mille esse simoniacam, si non pro illis scutis mille, sed minori pretio solerent arrendari bona illa absque dicta facultate, aliàs fecus.
- Redditus Cancellariæ Episcopalis locari nō possunt, 8. sed debent per proprios Episcopi ministros exerceri. Aldan. *in compendio Canonie. resol. lib. 3. tit. 8. num. 11.* vbi attestatur sic fuisse resolutum per sacram Congregat. Episcop. *sub die 26. Augusti 1592.*
- Emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis 9. prouentia ex iurisdictione, & sigillo, aut aliàs vndequaque, nec ad Vicarium, nec ad Capitulum spectant, sed debent futuro successori reservari, si ad Episcopum Ecclesia non vacante peruissent, vt per Aldan. *d. tit. 8. nu. 17.* vbi refert decisum *in Agrigentina 17. Aprilis 1627.*
- Quartæ funerales locari non possunt, ex eodem Aldan. *d. tit. 8. nu. 18.* vbi attestatur sic fuisse resolutum per sacram Congr. Episcopi *in Cusentina 14. Decembris 1592.*
- a. *Triginta annis citra, &c.* Vide Anch. *conf. 932. part. 2. Cened. ad Decretal. collect. 102. num. 3. in fine.* Aloyf. Ricc. *d. resol. 180. nu. m. 4.*

Decima soluantur integræ sub pœna excommunicationis.

C A P V T XII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Decima est pars seu portio Dei.
- 3 Decimarum solutioni obnoxia prædia ad regularium monasteria transeunt cum suo onere.
- 4 Decimas non soluentes cum teneantur possunt excommunicari.
- 5 Monitione premissa.
- 6 Absoluedi non sunt decimas subrahentes, ac impedientes nisi plena restitutione sequuta.
- 7 Si ad restituendum impotens non sit.
- 8 Parochus an possit denegare Sacramenta his, qui nolunt soluere decimas.

Non sunt ferendi, qui varijs artibus decimas Ecclesijs obuenientes subtrahere moliantur, aut qui ab alijs soluendas temere occupant, & in rem suam vertunt: cum decimarum a solutio debita sit Deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscumque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas ad quas de iure tenentur, in posterum cathedrali, aut quibuscumque aliis Ecclesijs, vel personis quibus legitimæ debentur integrè persoluant. Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, & excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur dehinc omnes & singulos, pro Christiana charitate, debitoque erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo collatis Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsentent Ecclesijs, largè subuenire ad Dei laudem, atque ad pastorum suorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

1. Vide Monet. *de decim. cap. 8. num. 67. cum seqq.* Fr. Ioan. à Cince *de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 4.* Molfes. *in sum. Theologia moral. tract. 6. cap. 4. num. 62. cum seqq.* Armendar. *in addit. ad recog. legum Nauarra fol. 89. col. 1.* Laurent. de Peirinjs *in constit. sui Ordinis Minorum constit. 26. Leonis X. ex num. 38.* Stephan. Fagandez *in quinque Ecclesijs præcepta præc. 5. lib. 3. cap. 6. num. 3.* Nouar. *in singularib. iuris Canon. concl. 6.* Hieron. Venero, & Leyua *in examine Episc. lib. 9. cap. 3.*
2. a. *Solutio debita sit Deo.* Decimam igitur esse partem Dei, & Deum illam vocare suam portionem, asserunt Henriq. *conf. 67. num. 77.* Monet. *de decimis cap. 1. num. 38.* quam quidem sibi referuasse in signum vniuersalis do-
- minij probat *c. cum non sit. cum sil. 2. de decim.* Rebuff. *de decim. q. 2. n. 1.* Tyndar. *eod. tract. n. 17. & 43.* Monet. *d. c. 1. n. 40.*
- Decimarum solutio obnoxia prædia ad Regulatū monasteria transeunt cum suo onere, ac prouide Regulares tenentur illas soluere parochialium Ecclesiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici priusquam bona ipsa in monasterij proprietatem transfuerint, vt per Aldan. *in compendio Canonie. resol. lib. 3. tit. 9. numer. 25.* vbi refert decisum *in Ripan. Urbanaten. & Firman. 18. Decembris 1627.* & *in Callien. 1. Septembris 1629.* Et ideo parochus est manumittendus in possessione exigendi decimas ratione prædictorum acquisitorū per Regulares, donec doceant de sufficienti priuilegio, ex

a Conc. Matiseon. 2. c. 1.
 Conc. Ticin. vet. in sacris.
 Exod. 2. 23.
 Leuit. 27.
 Num. 18.
 Tob. 1 Malach. 3. c. decim.
 16. q. 1. c. decimas. cū seq. 16. q. 7. c. parochia nos. ex trāmissa & cap. tuz de deci.
 b cap omnes decim. 16. q. 7. c. petuenit & nō est. c. tuz & cin quibusdā. de decim. clem. 1. eod. tit.